Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



ut quieti sitis. ⁊ ut vestrum negocium
agatis. ⁊ operemini manibus vestris. sicut
precepimus vobis: ⁊ ut honeste
ambuletis ad eos qui foris sunt: ⁊
nullius aliquid desideretis. Nolu
mus autem vos ignorare fratres de dor
mientibus: ut non contristemini sicut
⁊ ceteri qui spem non habent. Si
enim credimus quod ihesus mortuus est ⁊
resurrexit: ita ⁊ deus eos qui dormie
runt per ihesum adducet cum eo. Hoc
enim vobis dicimus in verbo domini. quia
nos qui viuimus qui residui sumus
in aduentu domini non preuenient eos
qui dormierunt: quoniam ipse dominus in iussu
⁊ in voce archangeli. ⁊ in tuba dei
descendet de celo. ⁊ mortui qui in xpo
sunt resurgent primi. Deinde nos
qui viuimus qui relinquimur simul
rapiemur cum illis in nubibus obviam
xpo in aera: ⁊ sic semper cum domino erimus.
Itaque consolamini inuicem in verbis istis.
De temporibus autem et
momentis fratres. non indige
tis ut scribamus vobis. Ipsi
enim vos diligenter scitis. quia dies
domini sicut fur in nocte ita veniet. Cum
enim dixerint pax ⁊ securitas: tunc
repentinus superueniet eis interitus:
sicut dolor in utero habentis: ⁊ non
effugient. Vos autem fratres non estis in
tenebris: ut vos dies illa tanquam fur
deprehendat. Omnes enim vos filii
lucis estis. ⁊ filii diei. Non estis noc
tis neque tenebrarum. Igitur non dor
miamus sicut ⁊ ceteri: sed vigilemus ⁊ so
bri simus. Qui enim dormiunt
nocte dormiunt: ⁊ qui ebrii sunt noc
te ebrii sunt. Nos autem qui diei su
mus sobrii simus. induti loricam
fidei ⁊ caritatis. ⁊ galeam spei ⁊ sa
lutis: quoniam non posuit nos deus in
iram. sed in adquisitionem salutis.
per dominum nostrum ihesum xpm. qui mor
tuus est pro nobis: ut siue vigilemus
siue dormiamus simul cum illo
viuamus. Propter quod consola
mini inuicem ⁊ edificate alterum
sicut ⁊ facitis. Rogamus autem vos
fratres. ut noueritis eos qui laborant
inter vos. ⁊ presunt vobis in domino. ⁊
monent vos. ut habeatis illos in ca
ritate propter opus illorum: ⁊ pacem
habete cum eis. Rogamus autem
vos fratres corripite inquietos. conso
lamini pusillanimes. suscipite in
firmos. patientes estote ad omnes.
Videte ne quis malum pro malo alicui
reddat: sed semper quod bonum est
sectamini inuicem. ⁊ in omnes. Semper
gaudete. sine intermissione orate. in
omnibus gratias agite. Hoc est enim vo
luntas dei in xpo ihesu. in omnibus
vobis. Spiritum nolite extinguere:
prophetias nolite spernere. Omnia
autem probate. quod bonum est tenete:
ab omni specie mala abstinete vos.
Ipse autem deus pacis sanificet vos per
omnia: ut integer spiritus vester ⁊ anima
⁊ corpus sine querela in aduen
tu domini nostri ihesu xpi seruetur. fide
lis est deus qui vocauit vos. qui ⁊
faciet. fratres orate pro nobis. Sa
lutate fratres omnes in osculo sancto. Ad
iuro vos per dominum. ut legatur epsta
hec omnibus sanctis fratribus. Gratia domi
nostri ihesu xpi cum omnibus vobis. Amen.

Ad thessalonicenses secunda scribit
epstam apostolus: ⁊ notum fa
cit eis de temporibus nouissimis. ⁊ de aduentu ad uersarii. ⁊

Argumentum.